1421

Noverint universi. Quod Cum domina Simona uxor et detentrix honoris Johannis palmery ortolani maioricensis quondam infra tempus sibi assignatum nec post impune moram contraxerit solvere venerabili procuratori Reverendi domini Episcopi et administratoris ecclesie barchinonensis Quinquaginta duos sol. minutorum debitos domino Reverendo domino Episcopo de censu temporis preteriti et missiones pro quodam suo orto qui solebat esse duo orti pro festo sancti Michaelis Septembris propter nec aliquid mobile assignavit ad subastandum pro dicto debito exsolvendo et missionibus/ propterea venerabilis ludovicus de rubert baiulus porcionis in Civitate maioricensi dicti Reverendi domini barchinonensis Episcopi/ Instante discreto blasio sagii notario procuratore/ ad causas dicti domini Episcopi/ Attendens quod dicta domina [illegible] requisita per quatuor assignaciones/ ut solveret dictam quantitatem vel aliquid mobile sufficiens ad subastandum assignaret pro exsolvendo dicto debito et missionibus inde factis ratione predicta/ aut quod dictus venerabilis dominus baiulus ex suo officio illud assignaret prout constat de predictis assignacionibus in libro extraordinariorum curie dicte porcionis sub die septima novembris/ anno a nativitate domini Millesimo/ Quadringentesimo/ vicesimo primo/ Ideo propter ipsius contumaciam et deffectum ipsius domine Simone ex suo officio dedit et assignavit ad subastandum et vendendum/ spacio viginti dierum proxime venientium/ et ipso lapso ad imperpetuum vendendum/ quendam ortum qui solebant esse duo orti/ quem ipse Johannes palmery quondam habebat et nunc dicta domina habet et possidet in loco dicto la Pereyada/ in porcione Reverendi domini barchinonensis Episcopi/ pro quo tenetur ad mercedem de laudimio et ad presentacionem fatice triginta dierum/ et ad censum Quinquaginta solidorum [illegible] quolibet anno solvendorum in festo sancti Michaelis Septembris/ Tenetur eciam sub dicto dominio et alodio pro heredes venerabilis Raymundi des ulsar civis maioricensis quondam ad censum Quinque librarum decem solidorum quolibet anno solvendorum certo termino anni/ Et affrontatur dictus ortus ex una parte cum carraria [illegible] ala Royal/ et ex alia parte cum viridario et orto discreti Andree torret notarii et vincencii garcia tintorerii/ et ex alia parte cum orto Bernardi huc et ex alia parte cum orto qui fuit venerabilis Johannis de moyano et nunc dicte domine et ex alia parte cum carraria [illegible]/ Et ortus qui fuit dicti venerabilis Johannis de moyano tenetur sub dicta iurisdicione et alodio pro dictum Reverendum dominum barchinonensem Episcopum ad mercedem de laudimio et ad presentacionem fatice triginta dierum/ et ad censum Sexdecim solidorum quolibet [illegible] in festo sancti Michaelis/ Tenetur etiam sub dicto dominio alodio et iurisdicione pro domina uxore venerabilis Raymundi vilar quondam ad censum Quadraginta solidorum quolibet anno solvendorum in festo sancti Michaelis/ Item tenetur per dictum venerabilem Johanem de moyano [illegible] ad censum Sexaginta octo solidorum quolibet anno solvendorum in festo natalis domini/ qui possunt redimi et quitari quandocumque ad racionem [illegible] solidorum pro morbatino quiticie a iure laudimii [illegible] et aliarum missionum et solvendo censum debitum de [illegible] porcionis/ Et affrontantur dicti orti ex una parte cum orto dicte domine Simone/ et ex alia parte cum campo heredis venerabilis Mathei huc/ et ex alia parte cum viridario Anthonii massanet/ et ex alia parte cum carraria publica/ Que omnia venerabilis ludovicus de rubert baiulus antedictus decrevit sic fore fienda et inde direxit albaranum curritori dicte curie tenoris sequentis/ De part del honrat en luys de rubert batle dela porcio la qual lo Reverent senyor bisbe de barchinona ha en Mallorca/ Al amat lo corredor dela nostra cort salut. Manam vos que subastets e encantets per spay de vint jorns e aquells passats venets en per tots temps al mes donant hun ort qui solien esser dos orts lo qual en Joha palmer ortola havia e possehia/ e ara la dona Simona muller sua ha e posseeix en lo loch dit la pereyada en porcio del Reverent senyor bisbe de barchinona per lo qual es tengut a merce de luisme e a presentacio de fadiga de trenta dies/ e a cens de Cinquanta Cinch sol. [illegible] quascun any pagadors en la festa de sant Miquel de Setembre/ Es tengut encara mes sots la dita senyoria e alou per los hereus del honrat en Ramon des ulsar ciutada de Mallorques quondam a cens de Cinch lliures deu sol. quascun any pagadors en cert terme del any/ E affronta lo dit ort de una part ab la carrera per la qual se va ala Royal/ e de la altra part ab hun verger e ort del discret Andreu torret notari e den vicens garcia tintorer/ e de la altra part ab lort den bernat huc/ e de la altra part ab lort qui fo del honrat en Joha de moya/ e ara de la dita dona Simona/ e de la altra part ab la carrera publica del [illegible]; E lort qui fo del dit honrat Joha de moya es tengut sots la dita jurisdiccio e alou per lo dit Reverent senyor bisbe a merce de luisme e a presentacio de fadiga de trenta dies/ e a cens de setze sol. quascun any pagadors en la festa de sant Miquel/ Es tengut encara mes sots la dita senyoria alou e jurisdiccio per la dona muller del honrat en Ramon de vilar quondam a cens de quaranta sols quascun any pagadors en la festa de Nadal [illegible] los quals se poden remembre e quitar quant que sie a raho de Cent sol. per morbati/ quitis de dret de luisme carrers e altres messions e pagant lo cens degut de temps passat e quarta del any de la reempsio; E affronta lo dit ort de una part ab lort de la dita dona Simona/ e de la altra part ab lo camp del hereu del honrat en Mathei huc/ e de la altra part ab lo verger den Anthoni massanet/ e de la altra part ab la carrera publica/ Dat en Mallorques [illegible] del any de la nativitat de nostre senyor Mil Quatrecents vint primo/ Mandando dicto curritori quod predictum ortum qui olim solebat esse duo orti subastaret et encantaret per loca solita Civitatis et venderet plus danti dum hoc fieret [illegible]/ Qui quidem curritor prehabito dicto mandato predictum ortum venale exposuit per loca solita dicte Civitatis/ et non tantum dicto spacio sed etiam ampliori legitime subastavit et encantavit/ et cum nullus reperiretur qui in dicto orto tantum daret vel se daturum offerret iuxta formam dicti albarani/ quantum Johanes dez coyl ortolanus maioricensis qui dixit in illo et se daturum obtulit decem libras regalium maioricensium minutorum/ propterea nos ludovicus de rubert baiulus porcionis in Civitate maioricensi Reverendi domini barchinonensis Episcopi sedens pro tribunali more solito/ tenentesque encantum publicum de dicto orto mediante dicto curritore dicte curie/ Attentis predictis et aliis in huiusmodi execucione sequtis et factis discreto Raymundo almanara procuratori dicte domine Simone debitis ac consuetis assignacionibus seu interpellacionibus quod si posset adhiberet remedium ne dictum ortum vendi opporteret aut quod venderetur/ Qui Raymundus almanara nullum potuit seu curavit adhibere remedium et factis in hiis omnibus solempnitatibus que in similibus solite sunt fieri/ Et tam de consuetudine [illegible] quam de iure exigente credito memorato/ Instante et requirente dicto blasio sagii notario procuratore ad causas dicti Reverendi domini barchinonensis Episcopi/ tradidimus seu tradi fecimus per dictum curritorem baculum sive astam fistulatam que in similibus solet tradi prefato Johani des coyl/ tamquam plus danti et ceteris aliis in licitacione huiusmodi superanti ac omni legitime et sine fraude pro precio supradicto/ prout hec et alia in libro subastacionum dicte curie sub die decima Junii anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo primo? latius et plenius constare possunt/ Idcirco nichil aliud restaret agendum in hiis quam solempnizare instrumentum de vendicione predicta/ Ideo nos ludovicus de rubert baiulus dicte porcionis auctoritate officii quo fungimur in hac parte vendimus et titulo vendicionis tradimus vobis dicto Johanni des coyl presenti et vestris et quibus volueritis perpetuo dictum ortum cum omnibus et singulis introitibus exitibus tenedonibus et pertinenciis/ iuribus et censibus ac aliis iuribus et pertinenciis et eciam omnibus aliis ad predictum ortum de iure spectantibus et pertinentibus et pertinere debentibus quoquomodo precio videlicet decem librarum/ quas deposuistis de mandato nostro penes presentem curiam/ illasque distribuimus et adiudicavimus/ ut iustum fuit prout in processu subastacionis dicti orti continetur, Renunciantes excepcioni dicte pecunie non numerate non deposite et per nos non distribute ut predicitur et doli, et legi que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii/ Damus et remittimus autem predicta vobis dicto Johanni des coyl et vestris/ si quid hec vendicio modo plus valet dicto precio valitura dimidie/ Constituentes dictam autem predicta que vobis vendimus/ vestro nomine possidere donec inde possessionem apprehenderitis corporalem/ quam licitat vobis et vestris apprehendere et accipere vestra propria auctoritate quandocumque volueritis et acceptam retinere vos et vestros heredes/ [illegible] ex causa huiusmodi vendicionis autem predicte/ damus et cedimus vobis dicto Johanni coyl et vestris omnia et singula loca et iura/ omnesque voces vices/ et acciones reales et personales mixtas utiles et directas ordinarias et extraordinarias et alias quascumque dicte domine Simone et suis pertinencia et pertinentes et pertinere debentes in predictis que vobis vendimus/ racione quacumque. Quibus iuribus et accionibus predictis possitis vos dictus Johannes des coyl et vestri et quos volueritis/ amodo uti agere excipere et experiri/ [illegible] in iudicio et extra etiam et ubique/ agendo et deffendendo/ Quemadmodum nos predicta autem constituimus vos et vestros dominos [illegible] et procuratores ut in rem vestram ad habendum tenendum et possidendum dandum vendendum impignerandum et alias alienandum/ et [illegible] faciendum perpetuo vestras et vestrorum omnimodas voluntates/ Salvo tamen semper in predictis censu iure dominio alodio laudimio et fatica ac potestate publica dicti Reverendi domini Episcopi et suorum in hiis successorum/ Et salvo etiam censu et iure et utili dominio aliorum censualistarum et suorum/ Et sic predicta autem convenimus et promittimus vobis dicto Johanni des coyl presenti et vestris/ quod predicta que vobis vendimus faciemus vos et vestros et quos volueritis semper habere tenere et possidere in sana pace contra omnes personas/ Et tenebimur [illegible] predicta autem vobis et vestris firmiter de evictione et omnibus dampnis missionibus et interesse litis et extra litem/ Et pro hiis complendis et firmiter attendendis tenendis et inviolabiliter observandis/ predicta autem obligamus vobis et vestris omnia alia et singula bona dicte domine Simone et hereditatis predicte ubique sint presencia et futura/ Actum est hoc in Civitate Maioricensi die undecima augusti anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo vicesimo primo.

Sig+num nostri ludovici de rubert baiuli porcionis in Civitate maioricensi Reverendi domini barchinonensis Episcopi/ Qui hanc vendicionem laudamus et firmamus/ [illegible] auctoritatem nostram interponentes presentem [illegible] et inde [illegible] manu notarii infrascripti et sigillo dicte porcionis.

Sig+num mei ludovice de rubert predicti subscriptis a venerabili bernardo burgi Rector de Capes procuratore generali in Maiorica Reverendi domini barchinonensis Episcopi/ Qui hanc vendicionem salvo dicto domino Episcopo et eius mense episcopali [illegible] iuribus qualitercumque sibi pertinentibus ratione dominii laudo et firmo [illegible].

Testes huius rei sunt [illegible] Petrus [illegible] / Georgius [illegible] et Gabriel [illegible] ballistarii Maioricenses.

Sig+num mei Anthonii [illegible] auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominacionem illustrissimi domini Regis Aragonum, Tenentis et regentis scribaniam porcionis in Maiorica Reverendi domini barchinonensis Episcopi/ Qui hec scripsi et clausi. Cum suprapositis [illegible] aliis iuribus et pertinenciis [illegible].

1421